



II. 61. F.

(cat. 1, 888.)

10  
106





Index

1. Einleitung  
2. Die Bedeutung der Geschichte  
3. Die Entwicklung der Geschichtswissenschaft  
4. Die Aufgaben der Geschichtswissenschaft  
5. Die Methoden der Geschichtswissenschaft  
6. Die Quellen der Geschichtswissenschaft  
7. Die Darstellung der Geschichte  
8. Die Wirkung der Geschichte  
9. Die Bedeutung der Geschichte für die Gegenwart  
10. Die Bedeutung der Geschichte für die Zukunft







PANEGYRICUS

AB

ILLUSTRISSIMO, AC CELSISSIMO PRINCIPIS

AC DOMINO, DOMINO

BERNHARDO,

SENIORE

DUCE SAXONIÆ, JULIACI, CLIVIÆ

AC MONTIUM, LANDGRAFIO THU-

RINGIÆ, MARCHIONE MISNIÆ, CO-

MITE MARCÆ ET RAVENSPER-

GÆ, DYNASTA IN RA-

VENSTEIN &c,

In Æde primaria Jenensi

*Memoriter dictus*

*Cum*

Calend. Martii A. O. R. MDC LIV. qui erat centesimus

ab eo, quo JOH. FRIDERICUS MAGNAN.

EL. SAX. supremum diem obierat.

*Ejus Celsitudini fasces Academici Magnificentissimâ Pompâ  
traderentur.*

J E N Æ,

Typis exscriptus à GEORGIO SENGENVVALDO;

Acad. Typographo.

1/4 1654

p. 896.

7

8.



CELSISSIME PRINCEPS, PARENS CLEMEN-  
TISSIME, TUQUE CÆTERA EMINENTISSIMA  
AUDITORUM CORONA.

**R**odeo nunc in Scenam, quam vestra, Patres Aca-  
demici, benevolentia mihi pridem paravit, eam aggres-  
surus provinciam, quæ mihi paulò ante solenni ritu per-  
missa fuit.

At profectò non levis timor ac horror me circumdat,  
quàm primum teneram ac juvenilem meam ætatem con-  
sidero, quæ huic arduæ spartæ, in quam omnium oculi diriguntur, impar  
fanè videri possit.

Nihilominus, cum spem incluti Senatus Academici de me concita-  
tam, ejusque singularem erga me affectum, æquâ animi lance perpendo:  
cum in laudatissimorum Majorum meorum exempla intueor: cum vene-  
randi & celsissimi Domini Parentis voluntatem, quæ mihi non potest non  
pro lege esse, paulò altius expendo: cum deniq; meos natales, Virique  
Principis conditionem, qui non minus dignitate ac fastigio, quàm virtu-  
tum splendore aliis præcellere debet, examino; non leviter me erigi sen-  
tio, atq; adigi, quò minus rem alæ ac difficultatis plenam declinem, sed  
intrepido animo aggrediar.

Accedit tamen, quod magnum mihi præsidium sciam esse positum in  
Doctore *Christophoro Philippo Richtero*, quem Patres Academici Prore-  
ctorem mihi adjungere voluerunt: cujus certè insignis prudentia Celsissi-  
mo Domino Parenti meo, & per ipsum mihi satis fuit probata hætenus,  
adeò, ut vel hoc nomine curarum minus, sapientiæ plus ex hoc onere in  
me redundaturum confidam.

Vestra autem, lectissimi Juvenes, virtus ac observantia, quâ non tan-  
tùm Celsam domum Saxoniam, verum me quoq; , florentem ejus pro-  
paginem, prosequimini, non fert quicquam sequius de quoquam suspi-  
cari.

**Q**uod igitur felix, faustumq; *DEVS* Ter Optimus Maximus mihi, flo-  
rentissimæ Academiæ Jenensi, ejusq; Celsissimis Patronis ac Cura-  
toribus salutare esse jubeat, ego BERNHARDUS, abnepos glo-  
riosissimi Heröis JOHANNIS FRIDERICI MAGNANIMI Ele-  
ctoris, pronepos laudatissimorum ex ultimâ Parentis voluntate fundato-  
rum hujus almæ Universitatis, Dominorum JOHANNIS FRIDERICI  
Senioris & Junioris, ac JOHANNIS VVILHELMI, τῶν νῦν ἐν ἀγίοις, O-  
mnium Saxonix Ducum, præsentis hac solennitate renovo, confirmo, ac  
propago sancita horum pientissimorum majorum meorum, eorumq; fi-  
liorum ac nepotum.

Et ut tantò illustriora sint, ego ad exemplum patrui mei gloriosissimi,  
Domini JOHANNIS ERNESTI, caput & Rectorem almæ hujus Uni-  
versi-





versitatis me agnosco, reapse daturus operam, ut hoc regimen mihi im-  
præsentiarum collatum DEO Ter Optimo Maximo gloriosum, Celsissi-  
mæ Ducali familiæ Saxonicæ, meoq; imprimis venerando Domino Pa-  
renti laudatum, Academiæ fortunatum, Studiosis gratum contingat: mi-  
hi autem immortalem gloriam ac decus perenne conciliet.

*Tu Deus alme juva, nostris, Deus, annue cœptis!*

Cæterum ne quid præter ordinem, laudatumq; hujus Academiæ mo-  
rem admittam, paucis præfabor primam originem, essentiam & splendo-  
rem ejus officii, quod nunc sustineo. Quod dum simplici stylo, conveni-  
entiq; brevitate expedio, vacivam aurium operam à splendidissimâ hâc  
panegyri submissè, officiosè, amanter expeto & expecto.

*De illo igitur officio, quod in Republ. Scholasticâ summû censetur, pau-  
ca dicturus, commodùm mihi in mentem revoco Academiarum Euro-  
pæarum originem, quæ sanè seculo demum tertio supra decimum debe-  
tur, & inter omnes Parisiensi: quam unam tum temporis quatuor Facul-  
tatibus fuisse instructam, vetat nos dubitare Rigordi ejus temporis Chrono-  
graphi Parisiensis testimonium.*

Cumq; tandè crescente studiosorum multitudine & lasciviâ firmada  
esset certa jurisdictio, ex ipso Studiosorum ordine, in certas nationes di-  
gesto, quarum singulæ unus præerat, electus fuit Academiæ Rector, qui  
omnibus & singulis, adminiculantibus Nationum Præsilibus, jus diceret.

Qui ipse mos eligendi Rectorem isto & sequenti seculo omnes fermè  
pervolitavit Academiæ, & hodiernum in multis Galliæ & Italiæ obtinet,  
inprimis in Parisiensi & Patavinâ.

Cæterum posterioribus seculis, volentibus ita Academiæ Patronis, &  
collabescente paulatim Academiarum antiquo splendore, omnis jurisdic-  
tundi potestas in Professorum ordinem fuit translata, cui integrum fuit  
singulis semestribus (nisi quod in plerisq; Belgii confœderati Universitati-  
bus annuus sit summus iste Magistratus) è suo numero aliquem eligere.

Qui mos laudatissimus in omnes Germaniæ nostræ Academiæ fuit  
sensim introductus, & hodiè adhuc viget.

Ex hoc ipso autem vocabulo jurisdictionis clarè liquet, quodnam sit  
Rectoris officium, quibusq; limitibus ejus sit circumscripta potestas: Quò  
etiam spectat conservatio privilegiorum, jam à canâ & venerandâ anti-  
quitate cum Professoribus & docentibus, tum Studiosis juvenibus & di-  
scipulis concessorum, nec apud Christianos tantùm verum apud ipsos  
quoq; Judæos, memorante bonæ fidei scriptore Maimonide: qui super  
hâc re de privilegiis Judaicis eodem jure, quo de Germanicis authentica  
Habita, consulatur.

De reliquo autem Rectoris Officio satis superque loquuntur leges, &  
paulò post personabunt.

Quantus porrò hujus officii splendor sit atque dignitas, inter cætera  
arguit ornatus Regius in omnibus Europæ Academiis usu receptus: argu-  
unt sceptrum argenteum cum hac epomide purpurea, à summis (si Diis placet)  
Ecclesiæ Pontificibus post Pauli secundi aetatem Rectoribus Academia-

rum

rum non minus, quàm Cardinalibus concessa: arguit illud fastigium, in quod à Cæsaribus, Regibus, ac Principibus Rectores sublimati fuerunt.

Etenim ut taceam primogenitam Regis filiam (uti Academia Parisiensis audit) in quâ Rectori primus locus præ ipso nuncio Apostolico assignatur: Ut silentii supparo Colonienses Rectores involvam, qui proximum ab Archiepiscopo & Nuncio Papali locum occupant: Ut sponte Lovanienses præteream, qui ne ipsi quidem Nuncio Apostolico cedunt, nisi is fuerit legatus à latere: saltem illud celare mihi religio sit, quod in ipso DEI populo, suffragante Maimonide, Regiminis Academici dignitas uni tantùm Principi fuerit vindicata, non minus quàm præsidii in Senatu.

Hinc forsan propullulâsse conjicio, quod ex decreto Jurisprudentum injuria Rectori illata capitali supplicio expianda veniat.

Cæterum ne nimiâ prolixitate tædium pariam, neve omnem electo hujus Academiae Prorectori materiem præripiam, finem dicendi faciam, ubi prius more recepto omnibus & singulis Academiae Civibus sui officii tabulas publicè exposuero, ne ignorantia clypeo suam non-nemo libidinem & petulantiam obvelet.

Age igitur tu, qui nobis es à Secretis, conscende cathedram hanc inferiorem, legumque illud sacrarium clarâ ac distinctâ voce Civibus nostris pande.

*Percepistis iterum mentem Serenissimi mei Abavi, JOHANNIS FRIDERICI MAGNANIMI, Electoris, qui fati iniquitate exclusus, quò minus in suâ Thuringiâ optimo Salvatore suo præclaram hanc lampada accenderet; restauratâ felicitæ per Megalandrum nostrum Lutherum, Evangelii sincerâ doctrinâ; Illud filiis suis dilectissimis, JOHANNI FRIDERICO, Seniori & Juniori, eorumq; fratri JOHANNI VVILHELMO, proavo meo piæ memoriæ, ultima voluntate reliquit, ut è Gymnasio Academia ex-citarent, illamque hâc regiminis formâ, atque istis legibus, quæ vobis paulò ante prælectæ fuêrunt, munirent.*

Mei proindè officii erit, videre, ne quid Academia nostra detrimenti capiat: mihi, volente supremo mearum actionum moderatore, nihil prius erit, nihil antiquius, quàm ita me componere, ut sim vobis, ad exemplum & pronunciatum justissimi Cæsaris Marci Aurelii Claudii, *viva ac animata Lex*; vivendo nimirum secundum leges. Quod in Principe tantoperè æstimavit Græcorum sapientissimus *Solon*, ut universam Rempublicam sic optimè regi, adeoque singulos Cives in officio contineri posse arbitratus sit.

Vobis autem, Cives Academici, curæ erit mecum, & cum Senatu Academico contendere, quis alter alterum diligentia & industria possit superare.

Sic nec mihi nec vobis grave erit regimen. Quin potius, qui terrori contumacibus esset futurus, obsequio vestro vestrarum virtutum testis atque encomiastes constituetur.

Sic celsæ domui Saxonicae, sic Serenissimis hujus Academiae Patronis, ac imprimis meo venerando Domino Parenti, Domino hujus urbis clementissimo; Sic denique Senatui Academico vestra probabitur virtus & doctrina, ut in vobis promovendis spem vestram vincere studeant.

Quod ut fiat, nostræque almæ Universitati contingat, ac ipsi majora incrementa det, Tu D E U S benignissime largire, tuâque gratiâ concede.

D I X I.

Ms 2584

40

ULB Halle

3

004 969 014



VD 17

M. C.







CELSISSIME PRINCEPS, PARENS CLEMEN-  
TISSIME, TUQUE CÆTERA EMINENTISSIMA  
AUDITORUM CORONA.

**D** Rodeo  
demici,  
surus pro  
missa fu  
At p  
quàm pr

fidero, quæ huic arduæ f  
fanè videri possit.

Nihilominus, cum f  
tam, ejusque singularem  
cum in laudatissimorum  
randi & cellisimi Domi  
pro lege esse, paulò alt  
Principis conditionem,  
tum splendore aliis præ  
tio, atq; adigi, quò min  
intrepido animo aggred

Accedit tamen, qu  
Doctore *Christophoro P*  
ctorem mihi adjungere  
mo Domino Parenti m  
adeò, ut vel hoc nomin  
me redundaturum conf

Vestra autem, lect  
tùm Celsam domum Sa  
paginem, prosequimin  
cari.

**Q**uod igitur felix, f  
rentissimæ Acad  
toribus salutare  
riosissimi Herõis JOH  
ctoris, pronepos lauda  
rum hujus almæ Unive  
Senioris & Junioris, ac  
mnium Saxonæ Ducu  
propago sancita horum p  
liorum ac nepotum.

Et ut tantò illustriora sint, ego ad exemplum patru mei gloriosissimi,  
Domini JOHANNIS ERNESTI, caput & Rectorem almæ hujus Uni-  
versi-



stra, Patres Aca-  
ravit, eam aggres-  
te solenni ritu per-

ror me circumdat,  
neam ætatem con-  
diriguntur, impar

ici de me concita-  
ni lance perpendo:  
ntueor: cum vene-  
nihi non potest non  
os natales, Virique  
stigio, quàm virtu-  
eviter me erigi sen-  
nam declinem, sed

iam esse positum in  
Academici Prore-  
s prudentia Celsissi-  
t probata hætenus,  
lus ex hoc onere in

antia, quâ non tan-  
florentem ejus pro-  
de quoquam suspi-

Maximus mihi, flo-  
is Patronis ac Cura-  
DUS, abnepos glo-  
IAGNANIMI Ele-  
voluntate fundato-  
NNIS FRIDERICI  
I, τῶν νῦν ἐν ἀγίοις, ο-  
novo, confirmo, ac  
eorum, eorumq; fi-

